

quando, tanti festi solennia celebrantes: & utinam ad Christi servitium sic eius Fideles ardor inflammet, ut per hæc & alia proficientibus ipsis meritorum cumulis apud eum, qui sese dedit pro eis in pretium, tributique seipsum in pabulum, tandem post hujus vite decursum eis se in præmium largiatur. Ideoque universitatem vestram monemus & hortamur in Domino, & per Apostolica scripta, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, in remissionem peccaminum injungentes, quatenus tam excelsum, & tam gloriosum festum prædictâ quintâ feriâ singulis annis devotè ac solenniter celebretis, & faciatis tydiostè per universas Ecclesias civitatum vestrarum & dioecesium feriam proximè præcedente, salutaribus monitis sollicitè per vos & per alios exhortantes, ut per veram & puram confessionem, elemosinarum largitionem, attentas & sedulosas orationes, & alia devotionis & pietatis opera taliter se student præparare, quod hujus pretiosissimi Sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum suscipere reverenter, ac ejus virtute augmentum consequi gratiarum.

Nos enim Christi Fideles ad colendum tantum festum & celebrandum, donis volentes spiritalibus animare, omnibus verè poenitentibus & confessis, qui matutinali Officio festi ejusdem in Ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: qui verò Missæ, totidem: qui autem in primis ipsis festi Vespers interfuerint, similiter centum: qui verò in secundis, totidem: illis verò qui Primæ, Tertie, Sextæ, Nonæ ac Completorii Officiis interfuerint, pro qualibet Horarum ipsarum, quadraginta: illis autem qui per Octavas & illius festi matutinalibus, vespertinis, Missæ, ac prædictarum horarum Officiis interfuerint, centum dies singulis Octavarum ipsarum die-

al. Octavam.

CLEMENTINARUM LIBER QUARTUS.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

TITULUS I.

I. CLEMENS V. in Concilio Vienenfi. [an. 1311. in Gallia.]

Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, excommunicatus est ipso jure, & publicari debet & vitari. Idem in Professo & Professa, vel Constituto in sacris. Joan. And.

a Vide Conc. Trid. sess. 24. de refor.

Eos qui (Divino timore postposito in suarum periculum animarum) scienter in gradibus consanguinitatis, & affinitatis Constitutione Canonica interdi-

bus, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Apostolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confisi, de injunctis sibi poenitentis relaxamus.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

TITULUS XVII.

I. CLEMENS V. in Concilio Vienenfi. [an. 1311. in Gallia.]

Revocat, & pro infectis vult haberi Decretalem, Clericis. eod. tit. lib. vi. cum suis Declarationibus. Joan. And.

QUONIAM ex Constitutione Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: Clericis Laicos, & ex declaratione seu declarationibus ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda gravia sunt secuta, & ampliora sequi (nisi celeri remedio succurratur) præsumitur verisimiliter in futurum: Nos, de consilio Fratrum nostrorum, constitutionem & declarationem, seu declarationes prædictas, & quicquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis: volentes & firmiter statuentes illud (contra quoscunque Laicos exigentes seu extorquentes ab Ecclesiis Ecclesiasticisque personis tallias seu collectas aut exactiones quascunque, & contra dantes ad id faciendum consilium, auxilium, vel favorem; necnon & circa præstandas subventiones Laicis ab Ecclesiarum Prælati, ac aliis viris Ecclesiasticis) inviolabiliter observari, quod super his prædecess. nost. in Lateranensi & Generali Concilio, quæ nos sub obstestatione Divini iudicii præcipimus observari districte, salubriter est provifum.

h al. præsumantur.

i In vestro codice manu scripto ita: ac omnia & singula contenta in eis penitus, &c.

ais; aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non veniunt: necnon Religiosos & Moniales, ac Clericos in sacris Ordinibus constitutos matrimonialiter contrahentes, refrænare metu poenæ ab hujusmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere: præcipientes Ecclesiarum Prælati, ut illos, quos eis confiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè tandem nuncient, seu à suis subditis faciant nunciari, donec sum humiliter recognoscen-tes errorem, separantur abinvicem, & absolutionis obtinere beneficium mereantur. Per prædicta quoque iuris, quæ sic contrahentibus alias poenas imponunt, in nullo volumus derogari.

matrim. c. 5. & de intellectu B. Antoninum, tract. de excommunicatione. ca. 24. Adde Co. varruviam, lib. 4. Decretalium, part. 2. c. 3. §. 2. num. 8.

CLEMEN-

CLEMENTINARUM LIBER QUINTUS.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

TITULUS I.

I. CLEMENS V. in Concilio Vienenfi. [an. 1311. in Gallia.]

In studiis Romane Curie, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantini, debent esse Magistri Catholici, scilicet regentes in Linguis Hebraica, Arabica, & Chaldaica; duo scilicet pro qualibet Lingua. Et statuitur per quos eis debeat de stipendiis & sumptibus provideri.

a Vide Ludovicum Gomeium in Regula Conciliaria, de idiomate, ubi plenè de materia Linguarum. b al. exequendum.

ITER sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis inducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est, quod profectò desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud diligenti studio & studiosâ diligentia vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad hujusmodi nostrum desiderium assequendum divinatorum eloquiorum sit expositio congrua, ipsorumque fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi noscantur inaniter, vacuèque redire, si auribus linguam loquentis ignorantium proferantur. Ideoque illius, cujus vicem in terris, licet immeriti, gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per universum mundum ad evangelizandum Apostolos. in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris Catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur Infideles præcipue, abundare sanctam affectamus Ecclesiam, qui Infideles ipsos sciunt, & valeant sacris institutis intruere, Christicolarumque collegio, per doctrinam Christianæ Fidei, ac susceptionem sacri Baptismatis aggregare.

c al. continget. d al. ita: ut in locorum ipsorum statitis, &c.

e al. regentibus.

Ut igitur peritia linguarum hujusmodi possit habiliter per instructionis efficaciam obtineri: Hoc sacro approbante Concilio scholas in subscriptarum linguarum generibus ubicunque Romanam curiam redire contigerit, necnon in Parisien. & Oxonien. Bononien. & Salamantino studiis providimus erigendas: statuentes, ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri Catholici sufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ linguarum notitiam; duo videlicet, uniuscujusque lingue periti, qui scholas regant inibi, & libros de linguis ipsis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicitè doceant, earumque peritiam, studiosa in illos instructione transfundant; ut intructi & edocti sufficienter in linguas hujusmodi, fructum speratum possint, Deo auctore, producere. fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. Quibus eadem in Romana Curia legentibus per Sedem Apostolicam: in studiis verò Parisienfi, per Regem Franciæ; in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, ac Waliæ; in Bononienfi, per Italiæ; in Salamantino, per Hispaniæ Prælatos, Monasteria, Capitula, Conventus, Collegia exempta & non exempta, & Ecclesiarum Rectores in stipendiis competentibus & sumptibus volumus provideri, contributionis onere singulis juxta facultatum exigentiam imponendo. Privilegiis & exemptionibus quibuscunque contrariis nequaquam obstantibus, quibus tamen nolumus, quoad alia, præjudicium generari.

II. IDEM.

Is, ad quem spectat Magisterium vel Doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat juramentum, quod in solennitate sua non expendet ultra summam trium millium Turonen. argenteorum. Quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus, per sex menses à collatione Magisterii est suspensus. H. d. Joan. And.

f al. argenti.

Cum sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate & impetritate ad honorem ascendat peritia literarum, non sine turbatione miramur illum apud scholasticos invaluisse abusum, quod plerique eorum, qui in quavis scientia ad Doctoratus vel Magisterii assumuntur honorem, quum sua solenniter principia faciunt, aut sui recipienti insignia Doctoratus, circa cibos, vestes, & alia sic in expensis excedunt, quod & ipsi transeunte expensarum hujusmodi vanitate vacui plerumque remaneant & gravati. Et ceteri, qui vel nolunt, vel nequeunt similes expensas subire, hac occasione frequenter à receptione honoris hujusmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, illis ad quos ubilibet pertinet honorem tribuere memoratum, districte præcipimus, ut quoscunque ab eis de cetero dictum recipientes honorem, juramento prius adstringant, ne ultra tria millia Turonen. argenteorum in solennitate, circa hujus-

Pars II.

CLEMENTINARUM LIBER QUINTUS.

modi Doctoratum aut Magisterium quomodolibet adhibenda expendant. Ipsosque nihilominus (nisi forsitan nobilis conditionis extiterint) ut intra summam prædictam & al. notabilis hujusmodi moderentur expensæ, efficaciter exhortantes: ac si hoc illorum congruere statui viderint, juramentum exigentes ab eis, quod certos, intra summam præfatam taxandos, ab ipsis expensarum terminos non excedant. Si quis autem Pontificali etiam dignitate præfulgens, non recepto prius juramento præfato, honorem cuiquam tribuerit supradictum; à collatione Magisterii seu Doctoratus cujuslibet, per sex menses sequentes eo ipso novèrit se suspensum.

h Distio, etiam, de his antiquioribus exemplaribus, & impressis.

DE JUDÆIS ET SARRACENIS.

TITULUS II.

I. CLEMENS V. in Concilio Vienenfi. [an. 1311. in Gallia.]

Principes Christiani compescere debent Sarracenos sibi subiectos, ab invocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad sepulcrum ejus. Hoc dicit. Joan. And.

CEDIT quidem in offensam Divini nominis, & opprobrium Fidei Christianæ, quod in quibusdam mundi partibus Principibus Christianis subiectis, in quibus interdum seorsum, interdum verò permixtum cum Christianis habitant Sarraceni, Sacerdotes eorum Zabazala vulgariter nuncupati, in Templis seu Mesquitis suis, ad quæ sicut Sarraceni conveniunt, ut ibidem adoret peridum Machometum, diebus singulis, certis horis in loco aliquo eminenti ejusdem Machometi nomen (Christianis & Sarracenis audientibus) alta voce invocant & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profiterentur: Ad locum insuper ubi olim quidam sepultus extitit Sarracenus, quem ut Sanctum Sarraceni alii venerantur & colunt, magna Sarracenorum earumdem partium, & etiam aliarum confluit publicè multitudo, ex quibus nostræ Fidei non modicum detrahitur, & grave in cordibus Fidelium scandalum generatur. Quum autem hæc in Divinæ Majestatis displicentia non sint ullatenus toleranda, sacro approbante Concilio, ipsa in terris Christianorum districte fieri deinceps inhibemus, universis & singulis Principibus Catholicis, sub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, & sunt prædicta, sub obstestatione Divini iudicii obnoxii injungentes, quatenus ipsi tanquam veri Catholici & Christianæ Fidei sedulo zelatores opprobrium quod tam ipsis, quam ceteris Christicolis per præmissa ingeritur, debita consideratione pensantes: ipsum (ut proinde æternæ beatitudinis præmium assequantur) de terris suis omnino auferant, & à suis subditis auferri procurent, inhibendo expressè, ne præfata invocatio seu professio nominis ipsius sacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatione prælibata ab aliquo in eorum existente dominio audeat attentari de cetero, vel quomodolibet sustineri. Si verò, qui fecus præsumperint, taliter ob divinam reverentiam castigentur ab ipsis, quod alii eorum exemplo perterriti à præsumptione simili arceantur.

i Distio, in, deest in antiquioribus codicibus, etiam impressis.

k In antiquioribus impressis constanter legitur, obnoxii.

DE HERETICIS.

TITULUS III.

I. CLEMENS V. in Concilio Vienenfi. [an. 1311. in Gallia.]

Præmittit Constitutionis causam. Joan. And.

MULTORUM querela Sedis Apostolicæ pulsavit auditum, quod nonnulli Inquisitores per Sedem eandem contra pravitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendunt suæ potestatis officium, ut quod in augmentum Fidei per circumspicam ejusdem Sedis vigilantiam salubriter est provifum (dum sub pietatis specie gravantur innocii) cedat in Fidei-um detrimentum.

l De materia & intellectu, vide Docto. in ca. Ut commisi, & c. per hoc, de Heret. lib. 6. m al. excedunt.

Ponit Constitutionem de officio Inquisitionis exercendo per Diocesanos & Inquisitores: primo ponens quinque, quæ potest alter sine altero: secundo tria, quæ non potest: & decretum apponit submittere, quomodo impeditur vel interesse nolens committit alii, vel consentit. Joan. And.

§. i. Propter quod ad Dei gloriam & augmentum ejus-

A a a